



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XIII. Graf Otto von Fürstenberg überläßt dem Kloster Zehdenick den halben See Tornow, am 22. Februar 1353.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

XII. Markgraf Ludwig verzeignet dem Kloster Zehdenick Gebungen aus verschiedenen Seen,
am 16. Juli 1348.

Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio, Appropriamus, Damas et donamus Abbatise, Priorisse Totique Conuentui monasterii Zednig, ordinis sancti Benedicti, Brand. dyoc., Nouem frusta reddituum annuorum in Aquis Tornowensibus sita, uidelicet in stagno Tornow, quod incipit ante molendinum oppidi eiusdem et finit retro molendinum ville Poltze, et ceteris stagnis subnotatis, scilicet Stagno Bulam sito circa Vorstenberg, in Stagnis ambobus Delfich circa villam Bomgard, ambobus stagnis Selchow retro Cymiterium eiusdem ville locatis, Stagno Gouenow infra confines ville dicte Bomgard et Meseberg et in stagno ville sito inter predictam villam Bomgard et Glambeke — Nos vero uniuersos insuper excessus, qui sient in eisdem aquis et vsu damus eisdem sanctimonialibus in perpetuum corrigendos. Obinde nobis Triginta sex marcas argenti Brandenburgensis erogarunt. — Testes — Vlricus Comes de Lyndow, Strenui viri Fridericus de Lochen, Capitaneus noster, Haffo de Wedel senior, Henricus de Redern, Petrus de Bredow, Henricus de Lochen, Dyetericus de Bredirlo, milites, Henricus de Lochen et Buffo Gruelhut, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlyn, Anno domini M^o CCC^o XL octauo, feria quarta in Crastino Diuisionis Apostolorum.

Nach Wohlbrück's Abschrift des Originals.

XIII. Graf Otto von Fürstenberg überläßt dem Kloster Zehdenick den halben See Tornow,
am 22. Februar 1353.

In nomine Domini Amen. Noverint uniuersi presentes literas inspecturi, quod nos Otto, Dei Gratia Comes Vorstenbergensium, ob honorem et reverentiam Dei approbamus, damus et donamus Abbatise, Priorisse, toti Conuentui monasterii in Zedenick dimidiam partem stagni Tornow, quod incipit ante Molendinum oppidi ejusdem et finit retro molendinum Polze, cum omnibus iuribus, gratis, commodis et honoribus ad predictam dimidiam partem stagni pertinentibus, perpetuis temporibus ad monasterium predictum quiete et pacifice pertinendam, Renunciantes pro nobis et heredibus nostrisque successoribus omni juri, actioni et impetitioni, quod vel que in dicto stagno nobis competant aut competere poterint aliquo modo in futurum, volentesque quod sanctimonialia predictum stagnum sub consensu solito seu consueto superstiti debeant possidere. Tantum quoque uti debeant littoribus nostre terre undique, quod duas naves commode valeant applicare, prout est consuetum fieri ab antiquo. Nos vero uniuersos excessus insuper, qui sient in stagno prenotato, damus illis sanctimonialibus in perpetuum corrigendos, Reservantes nobis ad expensas nostri Castri Tornow duas parvas naviculas, cum parvis retibus atque sporcis capiendis pisces in eodem stagno, sic quod nullos pisces debeant vendere nostri piscatores. In cujus rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Testes hujus sunt Dominus Albertus Walborch, Dns. Hippolitus Bere, Dns. Vicke Munth milites, Dns. Johannes Woldeghe, Dns. Johannes Zedenick, Dns. Albertus Gollin, noster Notarius, et Dns. Otto Zegelleze, sacerdotes, cum aliis

pluribus fide dignis. Datum nova Brandenborch, Anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tertio, in die Cathedre Beati Petri Apostoli gloriosi.

Gumblinger Urfundensammlung Mspt. III, 2. S. 276.

XIV. Markgraf Ludwig d. Römer schenkt dem Kloster Zehdenick eine jährliche Rente aus Dalgen auf Bitten Marquards Lauterbach, am 31. März 1359.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus Romanus, dei gratia marchio Brandenburgensis et Lusatie, sacri Romani imperii archicamerarius, comes palatinus Reni et Bavarie dux, nostro et fratris nostri carissimi Ottonis nomine in honorem et reverentiam omnipotentis dei, genitricis ipsius beatissime virginis Marie et omnium sanctorum nec non in remedium salutare animarum progenitorum nostrorum ac predecessorum, olim marchionum Brandenburgensium, nostre, heredum et successorum nostrorum et etiam ad instantem requisitionem fidelis nostri dilecti militis et consilii Marquardi Luterbeck donavimus solempniter et donamus cenobio et clauetro, abbatisse, priorisse et toti conventui sanctimonialium in Czedenik proprietatem duorum frustorum annuorum reddituum, que cedunt de quatuor mansis suis in finibus et metis ville Dalgen, nominatis vulgariter Wegershoven, cum omni jure, usu, utilitate, fructibus, redditibus, honoribus, commodis et pertinentiis singulis et universis, quibus dicti mansi ad nos hactenus pertinebant, volentes, quod dicti mansi ad jus et proprietatem dicti clauetri, abbatisse et conventus proprietatis mero et pleno jure perpetue debeant pertinere. Due tamen filie dicti Marquardi, sanctimoniales in dicto clauetro existentes, quamdiu vixerint, redditus et proventus dictorum mansorum percipere debebunt sine omni obstatione et contradictione dictarum abbatisse, priorisse et totius conventus, que pro tempore fuerint, et solum ipsos redditus in utilitatem et necessitatem propriam dicte sanctimoniales filie ejusdem Marquardi convertere poterint et debebunt, et post obitum ipsarum dicti mansi ad conventum, mensam conventus predicti perpetue permanebunt, renunciantes pro nobis, fratre nostro predicto et nostrorum amborum heredibus omni juri, quod nobis et ipsis quoad eandem proprietatem in dictis duobus fructis competit vel competere poterit in futurum. In cujus rei evidentiam sigillum nostrum presentibus est appensum presentibus strenuis viris: Petro de Bredow, magistro camere nostre, Johanne de Rochow, curie nostre judice, militibus, Henrico de Schulenborgk, Gunczelino de Bertensleven, Wedegone de Wedel, Nicolao Bismark cum pluribus fide dignis. Datum et actum Havelberghe, anno a nativitate domini millesimo tricentesimo quinquagesimo nono, die dominico Letare Jherusalem.

Nach dem Original im Brandenburger Dom-Archiv aus Hesslers Abschrift.